



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

XXX. Wilibertvs. IX. Arch.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

numerandum censuit hoc Ecclesiæ Romanæ fulmen Guntharius; verum dum contempto periculo ad aram facere paravit, vi occulta spoliatus est veste Sacerdotum propria attonitis cunctis, qui rerum arbitri adstabant. Annis 7. inter vivos superstes luit suam & Regis Lotharii causam mœstissimam.

## XXX. WILIBERTVS. IX. ARCH.

**W**ilibertus anno 863. Archipræsul electus, at primùm an. 870. consecratus, ita præfuit Ecclesiæ suæ, ut per id tempus perpetuos passus sit adversarios Guntharium & huius affeclas. Annos 20. alios ea moderatione animi transegit, ut multum Clericis & Proceribus indulserit, undè versus:

Wilibertus populi votis Procerumque favendo  
Indulcè mystis libera jura suis.

## S E C U L U M X.

## XXXI. HERMANNVS, X. ARCH.

**H**ermannus annis 35. Coloniensibus tanta virtutum commendatione præluxit, ut eidem meritò *Pii Cognomen* inditum, hoc maximè modo posteritati commendandum esse duxerint:

septem lustra Ubiis Hermannus munia sacra  
Exhibuit, dictus nomine jure Pius.

Pium Augusto suo suffragio dixit etiam Arnulphus Imperator, qui Hermanni sæpe operam & consilium requisivit.

## XXXII. WICHFRIDVS. XI. ARCH.

**T**ametsi Wichfridus annos 28. imperantibus Henrico Aucupe & Ottone M. Coloniensem Ecclesiam rexerit, nihil tamen de eodem meminere Colonienses armorum, quàm librorum amantiore.

XXXIII.